

semp doctor angelorum ante tricennale tempus in
 terra magister fieri voluit hominum. ut videlicet
 precipitatis vim saluberrimi timoris infunderet
 cum ipse etiam qui labi non possit perfecte vite gratia
 non nisi perfecta etate predicaret. Scriptum quippe
 est. Cum factus esset annorum duodecim remansit pu
 er ihesus in iherusalē. De quo a parentibus requi
 sito paulo post subdit. Inuenerunt illum in tem
 plo sedentem in medio doctorum et interrogantem il
 los et audientem. vigilanti itaque consideratione pe
 sandum est. quod cum ihesus annorum duodecim dicitur
 in medio doctorum sedens non docens. sed interrogans
 inuenit. Quo exemplo scilicet ostendit ne infirmus
 docere quis audeat. si ille puer doceri interrogan
 do voluit. qui per diuinitatis potentiam verbum sci
 entie ipsis suis doctoribus ministravit. Cum vero per
 paulum discipulo dicit. precipe hec et doce. nemo
 adolescentiam tuam contempnat. sciendum verbum est
 quia in sacro eloquio aliquando adolescentia in
 uentus vocatur. Quod citius ostendit. si salomo
 nis ad medium verba profertur qui ait. Letamini
 inuenis in adolescentia tua. Si enim unum esse.
 utraque non discerneret. quem monebat in ado
 lescentia inuenire non vocaret.

Alii quod in hoc quod temporaliter appetunt. prosperant.
 alii quod ea quae mundi sunt occupant. sed tamen
 ad utilitatis laborem.

Cap. 21.